

Legatus sacri concilij
ad Regem Poloniam

Serenissime Rex

Quoniam d. Habentium Episcopi Presaelien virum grauem, doctum, prudentem, quem Regia
 M. V. ad s. Synodum ducit mittendum libentissime usimus, atq; omni beneuolentia com-
 plexi sumus. Nam cum maxime letari debeamus saluum uiuorum aduentu, et presentia
 qui non minus possunt q; uelint hoc difficillimo tempore comunem Ecclesie causam uiuare,
 tum uero regia comendatione ornatus dignissimus uisus est, in quem omnia humani-
 tatis officia a nobis presertim M. V. studiosissime conferretur. Vehementer autem prout
 debemus gauisi sumus quod Regia M. V. de mittendo ad s. hoc Concilium deatore ali-
 quando deliberarit. quamuis enim nobis, quibus plane perspecta, et explorata esset rectus
 eius mens, atq; egregia in S. D. R. ac sedem Apostolicam uoluntas, et obsequantia: satis
 etiam perspecta essent, quod ad hoc pertinet, regni Polonici leges, et instituta mirum ui-
 deri non potuit si hoc deliberatio aliquandiu differretur: uerendum erat tamen ne
 forte alij, qui minus equi iudicij uolent esse, atq; omnia in peiorem partem aliquando
 accipiunt, id quod necessario aliquando serius fieret uoluntariam officij praetermissio,
 nem seruisse interpretarentur. Hoc aut, qm ab eius Regis dignitate alienissimum fuisset
 cuius pietas in tuenda Cath. religione maiorum suorum, ac praesertim Sigismundi Patris
 Opt. Principis summa laudi se equasset, nobis profecto inuendissimum accidit quod
 intercessimus M. V. non expectata amplius Comitior die oratorem suum mittendum de-
 ueruisse. Verum ob illud praeterea ex ista honorificentissima Legatione summam letitia
 percipimus necesse est, quod semper iudicauimus ad publica cause utilitatem, magnopere
 pertinere saeram Synodum Regia quoq; M. V. noie, et auctoritate, qua amplissima inter
 ceteros Christianos Reges merito habetur, honestate. Nam cum in ista Aquilonari plaga
 R. M. V. sit qua Christianam, et Catholicam ueritatem defensam, conseruatam, atq; auctam
 maxime uelit: uehementer optandum nobis fuit ne tam firmo praesidio sancta Dei eccia
 destituta uideretur. Cum itaq; Diuina benignitate omnia, ut uolubamus, acciderunt,
 primum quidem Deo immortalis, deinde Reg. M. V. de eo maximas gratias agimus
 et habemus: precamurq; ut pro ea pietate, quam praeclare hactenus praestitit comunis
 matris Cath. eccie propugnationem semel susceptam nunq; deserat, sed in ea defendenda
 eo se acriorem praesent, quo fortasse maiori studio omnes machinas ad eam in Regno suo
 oppugnandam, atq; adeo si fieri posset euerterendam undiq; comparari senserit. Haec aut
 eius humanitate, et mansuetudine freti ideo maxime scribenda esse duximus,
 quod nuntiatum est M. Vram regni Comitua proximo Nouembri mense habitura esse,
 in quibus, etsi more maiorum nihil aliud agendum sit, q; de comunibus regni negotijs
 qua uel ad ciuiliu rerum statum, uel ad belli administrationem attinent: tamen

quia nunquam fere desunt perniciosi homines rerum novarum cupidi, qui arrepta quavis occasione in eiusmodi conventibus de constituenda etiam, ut ipsi appellant, sed re vera funditus tollenda religione agi postulent, oramus per Dei misericordiam, atque obtestamur, ut quibus testatum quanta prudentia, iustitia, et animi pietate, quibus superioribus annis de hac causa mentio incidisset, Reg. M. V. quorundam audacem somnium concitata et contumax repraesentet. Scimus eius sapientia, et religioni factum esse ne permulti concupiscent animo uirius, et impietatem effundere in aliorum pestem ac perniciem audeant. quae eadem nunc prudentiae, fidei, et pietatis documenta quando iam sui similis nunquam esse non poterit. M. V. daturam esse non dubitamus, ut potius confidimus, utrumque nobis pollicemur. Sed tamen uel quia tanta res est, uel quia eius saluti, et regis nominis exaltationi mirabiliter fauimus praeremittere non possumus, quin M. V. etiam atque etiam in domino letemur, ut quod facit semper faciat, et in omnibus sumat scutum fidei, in quo possit omnia ista nequissima ignea extinguere. Cogit M. V. ac memoria repetat quantum usque ad hanc diem labores Dei Reo inmensa pertulerit, quam nullum fere temporis spatium a grauissimis curis uacuum habere uoluerit, ob eam potissimum causam ne Catholicam religionem semel in Polonia receptam ex antiquis sedibus turbari, atque deici permittere. Tum uero cum haec attentius cogitaret simul etiam facile perspiceret quod indignum futurum sit tanto Rege, si patitur a Christianis hominibus tam uera et solida gloria fructum quem illi sua uirtus peperit, per insidias et fraudem uel per seditiones et importunas uoces sibi e manibus eripi. Habet autem Reg. M. V. paratam et facilem rationem, qua re moti turbulenti postulantes hoc tempore exspectent. Nam cum Dei clementiae ac S. D. Nri auctoris et opera uniuersali Concilio summo Ferdinandi Caesaris, omniumque Christianorum Regum, et Principum consensu, ac studio ualidum fuerit, nefas est in his rebus, quae ad fidei disceptationem pertinent legitimum s. Synodi iudicium uel superbe recusare, uel patienter non expectare. In promptu erit M. V. eis praecipere, uel benigne consilium dare, ut ad s. Synodum ueniant, apud quam et libere quae sentiant exponere, et facile eam, quam tantopere expectant ueritatem doceri queant. Sed non opus est ut pluribus de hac re cum M. V. uel uel monendi uel exhortandi causa agamus cum alterum singularis eius sapientia, alterum summa in Deum et in Apostolicam ecclesiam pietas non discederet. Quin potius R. M. V. oramus ut in bonam partem accipiat, agnoscatque nobis si praecipua quadam in eam obseruantia, et religionis studio longius prouocemus, quod contra omnia praerit causam ipsam, qua omnino grauissima existimanda est, postulare uideretur. Dns Nri Jesus Christus M. V. ad regni sui tranquillitatem, et pacem lucendam, et s. Dei ecclesiae dignitatem propagandam deu' uoluntatem seruet.